

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema LXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

huius sententia habet Paulus : Omnes se esse statuendos (darstellen) scil. ante faciem Christi. Et hoc explicat nobis Paulus latius 2. Cor. 5. v. 10. Vide huius loci explicationem post, in Dispositione Thematris LXIV.

F I N I S.

## THEMA LXI.

2. Cor. 4. v. 17.

Momentanea levitas afflictionis, &amp;c.

DISPOSITIONEM huius Thematris vide supra in I. parte  
Promptuarii Clasie V. Num. 22. pag. 194.

## THEMA LXII.

2. Cor. 5. v. 1. usq; ad 6.

Scimus enim quod si terrenum domicilium nostrum  
huius tabernaculi destrutum fuerit, adificationem ex  
Deo habemus, domicilium non manu factum, eternum in  
caelis. Nam & in hoc geminus, domicilio nostro quod a  
caelo est, super indui desiderantes, si tamen indui, non nu-  
di reperiemur. Eternum qui sumus in tabernaculo hoc, ge-  
minus onerati, propter a quod non volumus exui, sed su-  
perindui, ut absorbatur mortalitas à vita. Porro qui pa-  
ravit nos in hoc ipsum, Deus est, qui idem dedit nobis ar-  
rhabonem spiritus.

## DISPOSITIO.

Quod Paulus duobus verbis, Phil. 1 ver. 13. complecti-  
tur, cupio dissolui: idipsum hoc loco prolixè diducit des-  
iderium scilicet suum explicans emigrandi ex hac vita in  
celestem patriam. Illustrat quoque hanc rem eleganti si-  
militudine de tabernaculo, & edificatione, &c. Multa et-  
iam notata digna concurrunt. Nos vero ordinis & me-  
moriae causa hæc annotabimus.

1. Dicemus de tabernaculo huius vitæ sine terreno.

1. De

THEM

A. Deinde ad

b. Quibus

d. Initio n

am sive don

mata, fine

vixit, 1. Pet.

3. Adam, ei

erat limo tot

littere, 2.

Job 4. 19.

3. Testimo

necat. Qua

soluta erat

4. In noc

ita sapimul

sum huic ha

morum, qui

ex hac domo

Vv. hu

considerem

nos non pr

quancum fa

tum morbius

tunc stabili

Qui vero c

caligint id di

7. &amp; 9. v. 12.

Expectatio

corpori hum

vitæ in alte

tunc domum

sationes, &amp;

certitudi

tate,

## THEMA LXII. EX NOVO TEST. 599

1. Deinde de domo cœlesti.  
2. Quibus domus illa in cœlis parata sit & per quem?

## I. Pars.

1. Initio norandum quod corpus nostrum vocat domum sive domicilium. Imo quia est ruinosa domus *tabernaculo* (cineri *Hütten*) comparat. Eadem phrasi Petrus vultur, 2. Petr. I. v. 14.

2. Addit, esse tabernaculum *terrenum*. Quia corpus ex terra limo formatum, Genes. 2. v. 7. Ideo Paulus vocat vas testacea, 2. Cor. 4. v. 7. Hiobus domos luteas appellat, Job. 4. v. 19.

3. Tertio accedit id quod Paulus *fragile* tabernaculum vocat. Quia cito destrutur. Sic Hiskia, Isa. 38. v. 12. Convoluta est vita sicut tabernaculum pastorum.

4. In hoc tabernaculo tanquam ergastulo inclusa habitat animula hominis, magna cum molestia. Ideo Paulus: Dum hic habitamus, *gemimus*, ait. Et non sine causa gemimus, quia sumus *onerati*. Ideoque desideramus egredi ex hac domo ruinosa.

Vvss huius loci erit, ut sepius hanc nostram miseriam consideremus. Alioquin bisaria petetur. Velenim homines sibi promittunt longævitatem, & ex domo lutea copantur facere anciam aut ferream. Veldum grauantur variis morbis, mirantur unde id fiat, & variis modis conantur stabilire valetudinem afflictam.

Qui vero cogitant de domo lutea mox ruitura, illi intelligunt id de quo se doceri vult Psaltes: Psalm. 39. v. 6 & 7. & 9. v. 12.

Experiencia testatur, hanc Pauli similitudinem esse corpori humano conuenientissimam. Es tracht immer wie ein alte *Hütten* / die ei fallen will. Vel gentus concutit domum: vel inundatio: hoc est, variis morbi, destillationes, &c. nocent corpori. Concuditur etiam aliis adversitatibus variis, praescitam ab ira Dei tanquam vento vrente.

Stulti igitur sunt, qui non cum Paulo hoc agnoscunt  
& fingunt se habitare in petra firmissima. Quid superbis?  
Syr. 10. v. 9.

## II. Pars.

Sit sane hac domus terrena misera & fragilis, qui Christianus est, aliam expectat. Et de hac inquit Paulus: 1. Habetumus ædificationem, scilicet firmorem. 2. Non manu humana factam. 3. Sed à Deo exstructam. 4. Eamque æternam. 5. Vbi nam hæc? In cælo ait. 6. Et hoc scimus, inquit. Non speramus, aut dubitamus, sed certi sumus de hoc. Singula verba emphasia habent, & possunt latius explicari.

Sive autem per hanc ædificationem intelligamus corpora nostra futura gloria, ut respondeat antithesis priori tabernacula: sive sedem regni cœlestis, perinde est.

Hanc desideramus inquit: Wir schaen das d'ruach: & reperit: Wirs verlangt d'ruach: vi sc. superinduam ut & congregamur illo domicilio cœlesti: Gloria sc. illa cœlesti, de qua Phil. 3. v. 21. conformia redder nostra corpora corpori suo glorificato.

Addit tamen, quid desiderium nostrum perturber quo minus perfectum sit, etiam in renatis: hoc sc. quod malemus non exui, sed tantum superindul. Hoc est, Wir forschma eben yngern inter das herben. Et optamus sine mortis interventu, (sicut Enoch & Elias) commigrare in illud domicilium cœlesti. Malemus corruptionem sic tolli à vita, ut non necesse esset mori. Super hoc gemimus. At illud non nisi his contingit, quos nouissimus dies viuos deprehensurus est.

I. DISCIMVS hinc, non idem cum Paulo sentire eos, qui mortem tantopere exhorrescent: ut nolint mutare suum domicilium: sicut multi optant perpetuo vivere in his terris. Lessen Gott seinen Himmel gar gerne. Hi vel nesciunt, quod habeant domum splendidissimam in cœlis, à Deo factam: vel terrena ideo tantum sapient, quia præter ventrem Deum non habent, Phil. 3. v. 19. At illocum finis est interitus.

Nostrum

THEM  
Noftrum ve  
upzatam o  
1. & pararam  
hip. v. v. 10.  
delet patr  
negatio. Ioh  
Heb. v. 14.  
II. Fratru  
poni coloum  
em mortalit  
comprobileat  
leniorum fa  
uerale. Ibid.  
Quod enim  
a sua Derber  
fud anch ade  
Ex contagi  
die nonnullum  
v. 1. Theb.  
sua, questio  
Chrysost. m  
vis candem  
Pancrat  
miss. Jos.  
m. Patriarch  
ippe filius D  
Sotobeh  
louderwag  
Dicit patr  
tegendas d  
quam preci  
Ad uit epi  
phabernac  
ab iusto vi

THEMA LXII. EX NOVO TEST.

Nostrum vero hoc sit solatium maximum; quod sci-  
mus paratam nobis mansionem in domo patris. Joan. 14.  
v. 2. & paratam ab æterno, Matt. 25. v. 34. Vbi no[n] s[er]u[n]dus  
Philip. 3. v. 20. Magno teneamur rigitur desiderio videndi  
cœlestem patriam. Sumus enim hic tanquam hospites &  
peregrini. Juxta hæc, Psal. 39. v. 14. & 119. v. 19. 2. Cbr. 5. v.  
6. Heb. 13. v. 14.

¶ 11. Frustra optamus fieri immortales, & ingredi in regnum celorum, absq; mortis interventu. Et induit quidem mortalitas immortalitatem & corruptio induit incorrumpibilitatem, 1. Cor. 15. v. 53. sed non prius, quam seminatum fuerit in terram, quod est corruptibile & mortale. Ibidem v. 42.

Quod enim Henoch & Eliz illud contigit, singula-  
re fuit Dei beneficium, Genes. 5. v. 14. & 2. Reg. 2 v. 11. Sie  
sind auch ander Leute gewesen als ich und du.

Et contingent eadem his, qui sunt futuri superstites in die nouissimo, iuxta illud mysterium Pauli, t. Cor. 15. v. 31. 1. Theis 4. v. 1. et prius experientur tantâ mala in vita sua, quæ secum ferant illa extrema tempora (de quibus Christus, Marth. 24. v. 21.) vt non debeamus optare nobis eandem fortunam.

Patienter itaque feramus mortem; quæ est via omnis  
carnis. Ios. 13. v. 14. et Reg. 2. v. 1. Hanc ingressum præssi-  
mi Patriarchæ, Prophetæ, Reges, Apostoli, Martyres. Imo  
ipse filius Dei.

So keghehr du nicht / daß dir eben Gott solte etwas besonders machen .

II Pars

Dicit Paulus, Nos superinduendos gloria cœlesti, & tegendos domicilio, quod de cœlo expecamus, tanquam pretiosa veite.

<sup>1</sup> Addit etiam in fine huius loci, Rededificationem colla-  
psi tabernacoli esse ex Deo. Is enim paravit nos, & elegit  
ab initio ut essemus hæredes regni cœlestis, Eph. i.

P p s R e p a

Reparauit etiam per Christum, & cedit atrhabonem,  
spiritum scilicet testimonianter quod sumus filii Dei, Rom.  
8. vers 16.

Non à nobis igitur, sed à Deo parata est gloria celestis. Iam ac dicat aliquis: *Dasschet aller Handel richtig, expeditares est, si omnes ita sumus ornandi gloria celesti, quomodo conque viuamus in terris?* Hic ergo Paulus addit restrictionē, quæ ostendit, quinā sint superinduendi domicilio coelesti: aut quibus parata sit illa domus à Deo facta: dicens, *si modo indui & non nudi reperiemur.*

Vbi notandum est, in scriptura per nuditatem illam intelligi animum fide vacuum. Sicut introducitur ille carente ueste nupciali, Matth. 22. v. 12. Ita Apocal. 3. v. 1. dicitur, *nudus es, & cecus.* Contra indui dicuntur fideles, qui induerunt Jesum Christum, uestem nupcialē, cum omni sua iustitia.

Hoc vult igitur Paulus, incredulos à gloria illa domīciliī coelestis planē exclusum iri.

**L o c u s.** Hoc itaque studiose agendum, ut noui inueniamur in compēctu Dei nudi, hoc est, fide vacui. Videamus enim abici eum, qui non fuit indurus ueste nupciali, Matth. 22. v. 13.

Ideo hōrtatur Joannes, Apoc. 3. v. 18. *Suadeo tibi vestitus albis.* Et Apoc. 7. v. 14. *Dealbanda stolas in sanguine agnii.* Hoc est, induenda est iustitia Christi. Quomodo id sit?

1. In Baptismo, Gal. 3 Christum induistis, v. 27.
2. Quia aurem sordidatur illa uestis peccatis, ideo opus est poenitentia & fide. Insignis de hoc extat Pauli locus, Rom. 13. v. 12. 13. & 14.

Hi ambulabunt cum Christo in albis, Apoc. 3. v. 4.

F I N I S.

### T H E M A L X I I I .

2. Cor. 5. v. 6. ad 10.

Itaque bono animo sumus semper, & sumus quod cum domi